



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Sect. III. Dissolvuntur argumenta Iesuitarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

mperare. Cum autem ordinata Charitas censetur:
 et ipsorum contumelias & injurias à proximo pati,
 non laudabile sit, & virtutis heroicæ; nemo tam
 facile, me ad præcepto teneri: alioquin vi-
 de, ut non liceret. Sed, inquis, illum, quem oc-
 cidis, deus ad inferos. Ne scilicet eò me detru-
 am fieri possit, ut ego quoque noxæ lethalis ad-
 dam. Sed eo temporis momento, quo quis injustè
 oppugnetur. Præterea, non intendo mortem
 propriæ vitæ defensionem. Sed hæc
 causa, id genus quæ obicere posses, centies dissuata

lepidissimus esse videris, dum nihil foris
faciendum statuis, nisi quod utile sit, non ho-
minum, sed tuum, cui prodesse velle debemus. Igitur
ne deinde mortem damnare poteris: cum
iuxta precepto caritatis teneatur: nec ullus
caritatem viri propriam defendere poterit.
Quare tibi concedatur tamen ex his, quæ à te
necesse consequuntur. Quasi verò
aliterius bono, licet præferre non
debeat. Charitas, ut dixi, ordinata non sit.

Quod dicitur latronem enervari posse, amputatis
manibus et pedibus, ex benevolentia; ridenti-
bus et licet enim ex odio adversus illum id fieri
propter, et ac proinde illi nocere minime inten-
deretur, tamen proprie Charitatis iure, meas
vires contra illum tueri. Intendo igitur proprie
in defensionem, quam tamē procurare non possum,
propter videns alteri noceam. Sed hæc tyrones sci-
re debetis, si hæc agere puderit, tunc me coëgisti, qui hæc
videtis; nec distinguas contumeliam illam
ab ea, quæ quis aliquem attentat, gravi licet,
et quæ vitare non repelli potest. Sed quid hono-
rum quæpeditat, quid fortunas dico? non vili-
nam quæ, aggressoribus eade possit defendi, aperte
doli, utis principis infestas, hoc tibi tenendum
est. Sed malum cum Doctore Angelico, et omnium
venerorum curbis, fecisse sentire. Charitatem obtem-
perantem perdidistisse; sed fidam; cum animus
in mortale alium adversus Jesuitas & Ecclesi-
asticam nam ad Hypocrita Charitatem illorum
transit, qui proprium sanguinem ultrò profunde-
re, accordi tuo Deus Charitatem infunde-

SECTIO III.

Dissolvuntur argumenta Iesuitarum.

lere: am bonam tuam fidem desidero, Weri-
 tates: sed frustra illud, quo potissimum carere,
 tuam gerem. Argumenta, quibus Jesuita probant,
 non defendi posse, in sectionis titulo promittis
 non defendi non has promissis. Nam præcipua per
 testes rectes, Nempe ex eo naturali principio,
 quod vi repellere licet, injunctæ scilicet illarum, &
 præcipuorum momenti, manifestè sequitur, quoddam
 bonis esse possit in via laeso, etque gravis, in
 scilicet gravi & honestè, omnes jus habent,
 illam illam læsionem arcendi ac prohibendi: jus
 quoque si quidem inde non servare potest; alioquin
 verum non esset. Deinde non modo vitam, quam
 in seipso retinetur, verum etiam alia ad vitam ho-
 minis ducendam necessaria jussè defendere possumus
 quæ necesse, honorem, verum scilicet, ad hunc
 non necessariam esse: cum fieri non possit, ut vi-

honestus, qui non ore omni excidit; honestè vivat: Sed ne quidem illud solvis, quod refellendum suscepisti. Adducis crudelem illum syllogismum; (a) sic enim vocas. Carius honos, quam corporis salus; at pro salute corporis, licet hominem occidere; ergo etiam pro honore tuendo: Vocas Syllogismum, at in quâ formâ aut figurâ ille terminus *carius*, item *ille tuendo*, semel dumtaxat ponitur. Si Dialecticam noffes Willemæ, non adeo ineptires. Quomodo ad syllogismum reduci potest. Quis hoc neget? at edemodo, quo dicis, syllogismus verè non est. Confute, quæto, tuos Regio-potenties, utrùm novas syllogismorum formas invenierit; quas Aristoteles, & qui post eum scripserunt, nescierint. Quid facerem hujusmodi hominibus, quibus solenne est, in omni argumenti genere, per supinam ignorantiam errare, & quod longè pejus est, erroribus pertinaciter adhærere?

Sed hæc levia, videndum restat, quid opponas, & quoniam pacto argumentum solvas. Primo loco dicitur dubium esse, utrum pro vita defensione, injustum aggressorem occidere liceat, servatis, ut ajunt, servandis. Nego dubium esse, quia omnino certum. Dicis præterea, manifestum & constans esse, non licere hominem occidere pro defensione honoris; nec quisquam hæc dēre, ut ais, permille & quingentos annos dubitavit. Nego, id manifestum esse; tuis dictis profectò non stamus, nisi ea luculenter probes. Dico etiam, novam sententiam non esse, sed antiquissimā. Quis enim unquam dubitavit, vitam & necessariam ad vitam honestè ducendam, ac proinde honorem ipsum licetè defendi posse? Patres inquis, hoc prohibent. Ceddè loca: ab iis enim illud non raxat homicidium prohibetur, quod à vindictâ, odio, me revolentiâ, levī causâ, ac proinde injustâ, directâ intentione, animo malo proficiscitur. Dubitarunt, inquis, aliqui, utrum pro defensione vitæ occidere liceat, iique magni & maximi viri. Sed, an majores D. Thomâ? Nullo, inquis, decreto, illorum opinionem Ecclesia reprobavit. Fortè responso Pontificum, & Decretis, Ecclesiasticarum Sanctionum loco non habes? fat scio, quid tibi velis. In iis enim culpâ omnī liberatur, qui, cum moderamine inculpatæ tutelæ, injustum aggressorem occidit: Tum argumentum, ut ais, melius invertis: non licet, inquis, pro honore tuendo, aliquem occidere; igitur nec pro vitâ Antecedens, constantissimum Christianæ disciplinæ caput ineptè appellas. Nempe omnes ferè Doctores illud tibi negabant; ut constet ex iis, quæ supra dicta sunt.

Jesuitica; inquis argumentatio; fallaciâ laborat. Ostendit paululum. Honor, inquis, quatenus est bonum ejus, qui eo gaudet; nec ad aliorum utilitatem refertur, vitâ ipsâ potior non est, sed exile quid est; de quo gaudere, vanitas est; illud que desiderare, ambitio; quatenus verò ad aliorum utilitatem refertur, ita vitâ potior est, ut vitâ potius amittenda sit, quam aliquid admittatur, unde huic honoris labe aspersi possunt per crimens, scilicet, vel criminis suspensio. Egregiam sanè Dialecticam! geminum tuz distinctionis membrum adducis: utrumque vitiosum est. Primum quidem, quia falsum; quia verus honor, etiamsi ad aliorum utilitatem non refertur, magnus bonum est. Sed non miror, illos homines de honoris sentire, qui honorem suum hæc ænisi prostituerunt, & in perpetuum e commutaverunt infamiam. Ne honoris studium moderatum, vel ambitioni, vel vanitati tribuendum est. Idem de vitâ facile dicere

(2) P45.384.

(a) Page 385.

cujus immoderata cura vitio non caret. Et verò neminem ferè nisi rusticum & sceleratum invenies, qui mortem honestam infami vitæ non præferat; nisi fortè quis, heroicâ virtute, infamiam ultrò pro Christo amplectatur.

Aliud quoque distinctionis tuæ membrum vitiosum est: quia ad rem ipsam non applicatur. Vis enim, nullo unquam scelere aut criminis suspitione, honorem illum, qui ad aliorum utilitatem refertur, contaminandum. Rectè: quis hoc negat? Ille Ivonis locus frustra omnino à te adductus. Sed quæso, applica. Fateris, (a) honorem illum, quatenus ad aliorum utilitatem refertur, vitâ ipsâ potiorē esse. Sed hunc ipsum injustus aggressor impetere potest. Si ergo alia via non suppetit, quâ hujus honoris indemnitati consulam; cum vitam defendere possim, cur honorem vitâ potiorē defendere non liceat? Hoc solvendum erat, mi homo, sed hic hæsit gutta, difficultatem eludere voluisti. Gregorium citas, qui tristitiam, ex maledicentiâ, & obreccionibus aliorum provenientem, lenire conatur. Quid tum? utinam omnes ejus consilis acquiescerent? Quasi verò Lessius citatus, ac Jesuitæ omnes, id consilii piè non suggerant; aut quisquam dicat pro simplicibus obreccionibus hominem occidi posse. Licet, inquis, honorem illum defendere, sed non crimine, non homicidio. At si alio modo non possit, ut supponitur, quid ad hoc? Denique vitam defendi posse subnectis, quia Leges & Ecclesia id concedunt. Sed quæso te, an liceat, quia Ecclesia permittit? minimè verò: sed Ecclesia declarat, licere; quia reverà licet; licet autem, quia malum non est. D. Thomas, inquis, occidendi propositum prohibuit. Rectè: nempe, ut te defendas, aggressorem injustum occidis. Proponis tibi defensionem; non verò homicidium, nisi per accidens; & habes animum non occidendi, modò aliter defendere te possis, sed nulla in hoc difficultas. Si hæc intellexeris, hæc sanè disputare puderet. Cur verò Jesuitis, non verò aliis super hoc litem moves? quasi verò isti & numero & auctoritate Jesuitas non superent. Id charitatis tuæ fuit, & benevolentia; Jesuitis, non verò aliis invidiam conciliare. Odisse tibi satis non erat, nisi plerisque tecum aliis odium illud commune esset. Paxit Deus, ut te vicem quæ tuam, cujus me miseret, tandem agnoscas: quo reverà fiat, ut ejuratis erroribus, odio deposito, malè gestorum ac perpetrarum delictorum te pœniteat.

Redis statim ad genium, (b) dicisque, prudentis Theologi esse, etiam pro vitæ defensione, illicitam putare eadem. Vis dicam? quia exilimas, hunc actum à Charitate proficisci non posse: omnis verò actio, quæ à Charitate non procedit, inquis, peccatum est. Hæc tua sunt, & Iansenistarum tuorum, somnia. Quod verò iterum dicis, certum esse, pro honore tuendo, injustum aggressorem occidi non posse; eadem facilitate rejicitur, quâ asseritur. Vix enim probabile est, quod tam constanter asseris certum esse. Dico vix probabile: cum moraliter certum sit, justam honoris defensionem, contrâ injustum aggressorem, licitam esse. Quod subnectis, Jesuitarum dogmata eò spectare, ut necem calumniatoribus, maledicis, contumeliosis, falsis testibus, iniquis iudicibus, inferri permittant; falsissimum est. Equidem Bannez quæst. 64. art. 7. Petrus à Navarra lib. 2. cap. 3. num. 391. Cajetanus quæst. 95. art. 8. ad 3. præter alios, quos supra citavi, de falsis testibus & calumniatoribus id concedunt; si fortè ex falsis illis criminationibus, vel mors, vel infamia, vel fortuna-

rum jactura consequi debeat, neque hæc aliter vitari possit. His tamen non obstantibus, Lessius lib. 2. cap. 9. dist. 8. num. 47. expressè negat, hanc sententiam in praxi admittendam esse. Idem num. 78. expressè dicit, contumeliis per verba, vel signa efficientem letitiam occidi non posse. Licet enim Petrus à Navarra citatus num. 376. illud concedat, hæc tamen sententia non est sequenda, ait Lessius. De alapâ inflicta, ab eo, qui deinde fugit, supra jam dictum est. Et licet multos doctores pro parte affirmante, à Lessio citentur num. 79. ut Navarra, Navarra, Henriquez, Jalon, Couduba, Mantius, Penna, Clarus, Cajetanus, D. Antoninus, Mercatus, Victoria; tamen num. 80. aperte dicit, hanc sententiam in praxi non esse facile permittendam. Inter tot Jesuitas, unus Henriquez illam tenet. Pari modo, Lessius num. 82. illam sententiam non probat, quam Navarra & Bannez citati docere licet scilicet eum occidere, qui falsis criminationibus apud Judicem, Principem, viros honoratos, nomen alicujus ita detrahit, ut damnum famæ averti non possit, nisi criminatorem medio tollatur. Immo idem Lessius num. 55. multis rationibus probat, longè potius esse mori, quàm occidere, etiam pro vindicatione: & hoc salutare consilium valde commendat, & magni faciendum esse ipse affirmat. Certe ergo Jesuitas tam falsa, & ab eorum sententiis aliena imponis?

Nec est, cur Apologista arguas, (a) quid Montaltium tuum, latronum & sicariorum patronum & advocatum, nec ab te quidem, appellari. Quis hoc neget? nisi enim justæ defensionis arma & viri illumerent; quid, amabò, non auderent? quid non ardent? Nec est, quod dicas, Montaltium ad patientiam hortatum esse, Apostoli exemplo; non vii desidentes, inquit, charissimi; immo & Christi, qui altam maxillam, percutientibus præberi jussit; ac denum SS. Patrum, præsertim Augustini. Hortare, quantum libet, per me licet: hortantur & Jesuitæ omnes tecum. Sed quod illud sub præcepto imponis, quis te constituit iudicem, vel naturæ legislatorē? Illud defendere Apostoli, idem est quod ulcisci. Patet ex græco, ut Lessius & alii observant. Quid ergo iterum occidis illud Christi? Consilium est, non præceptum. Augustinus eo, quem adducis, loco, morem inimici dumtaxat inculcat. Ad penam ubi occidi posses? Spumam sub finem paragraphi potius, quam atramentum chartis aspergis. Dicis enim, Jesuitas Diaboli partes agere; consiliis suis animæ vitam innocentibus eripere, improbis verò corporis vitam reum ab iis ad æternam mitti supplicia; innocentes fieri æterni supplicii reum. Garris nebulo, garris illi sunt illa Jesuitarum consilia? Immo ad patientiam heroicam, & tolerantiam, scriptis, verbis, exemplis, quæ suis omnes hortantur. At contra sanctas naturæ leges, quas impunè violatis, scribere noluerunt ipsam scilicet defensionem, illicitam esse. Sed multo ad æterna supplicia mittuntur. Paucos dicere deo raras. Pauci enim sunt, quos privata auctoritate ipsa defensor interimat: longè plures injusta licentia manus medio tollit: sed plurimos sanè, justis, vel injusta bella extinguunt. Quid ergo, infontes Jesuitas accusas, divini, non humani sanguinis liquorem? Reponere possem cum fœnore. Dicis, Jesuitas innocentibus insidias struere, eosque Diaboli consiliorum locos & fautores, ad vindictam incitare & impellere; quod reverà apud omnes probos qui Jesuitas norunt, falsum esse, conitat, & per meram calum-

(a) Pag. 386. (b) Pag. 387.

(a) Pag. 388.

[illegible]

prohibitum; sed id eo prohibitum, quia malum. Nec
quiquam etiam dicit, propter Regias Leges dumtaxat
duellum repudiari sine ignominia posse. Cum enim
malum internum & verum crimen fit; etiam præcis
legibus, à crimine abstinere, vetæ ignominia non est. I-
gitur lesus à armis congedi eo tantum casu permittit-
tur, quo quis, meræ defensionis gratiâ, illam vim, &
gravem contumeliam repellit. Quid in his reprehendi-
mus, nemo sapiens inveniet. Sed malâ meâ forte factum
est, ut tecum agerem, qui res istas non intelligis: vel ex
eo constat, quod dicis, probrosum non esse, scilicet cor-
am hominibus, alapam accipere. Nemo negat; quâ
maximè meriti, & maximè gloriæ sit coram Deo; pati-
enter ferre, alteram maxillam præbere. Hoc fac, Wil-
helme, Jesu Christi exemplo. Sed quis à vobis hoc speret,
ut contumelias per injunctam vim illatas patienter fere-
atis, qui sinceræ & æmæ Charitæ professi, non cor-
rectiones, sed monitiones ferre non potuistis? quibus
optimi Patres lætè, frustra licet, conati sunt ad melio-
rem frugem vos reducere; benignè hortati; ut juvenis
erroribus, pacem Ecclesiæ redderetis. A turdis hæc
vos ceciderunt, & oblitinati in malo. Reverat ut dicam,
quod sentio, hæc oblitinatio; tremenda est diabolicæ
pravitatis & reprobi sensus nota. Denique sub finem ir-
rides iterum probabiliter speculativæ & prædicæ à
lesio iterum usurpatam distinctionem. Rides inquam,
quia rem illam non capis. Optimam enim & appositam
distinctionem illam esse, in iis præteritis casibus, in quibus
eam lesus adhibet, ex iis quæ antè diximus, mani-
festum est. Quid ergo lesio negotium facessis; do-
ctissimo, piissimo, & candidissimo Scriptori? importu-
na Cantharis rosam illam, florem illum illibatam inva-
dis; non ut mel colligas, Apis sedula; sed ut mel ipsum,
sanctius atque in venenum convertas. Tace igitur æ-
terno dammandus silentio; nisi ad errores tuos ejuran-
dos, canendamque palliadiam, voce & calamo satiat
tempori usque malis;

In Epist. decimamquintā,

NOTĂ IL

De Calumnia.

IN hac scenâ , Willelmè , egregie præsertim ac strenue gerisgratum argumentum nactus, in eo reverè triumphas. (A) Quam quisque noſit irem, in eâ se exerceat. Quidni, amabò, hujus artis, calumniæ instruend, contumelias intorquendi, ingendi convitiâ omnium lanè, qui præteritis tetrò sæculis scripsere, longè perissimissis his: tot huculque calumnias & contumelias, tantumque virûs acerbatis, ore infinito evomuisse, ut supremum hujus artis magisterium adeptus, calumniatorum facile Princeps & Coryphæus censearis. Ne tamen hic operam meam desideres : ad luseptum à me castigacionis pènitum redeo. Primò causâis, nihil ab Apologistâ responsum ad ea, quæ Montalitiûs primâ partè Epistolæ, contrâ doctrinam Jesuiticam, quæ calumniâ à peccatorum numero extimit, luculentè exposuit. At si fallor, primus Apologista, meo iudicio, satis efficitur, breviter licet, respoluit, doctrinam illam non Jesuiticam, sed Dicaſtillî, communi Jesuitarum omnium, qui de hâc materiâ scripserunt, contrariam, suis auctoribus non carere: ac pro eâ citari Bannez, Vegam, Orellanam ab eodem Dicaſtillio. Paulò post dabo alios, ubi rem breviter expoluero. Disputant Mo-

(a) Pag. 389. (b) Pag. 390.

(a) Pag. 408.